UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Vigore episcopo. Cap[itulum]. v.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

apeꝛto ſaxo: coꝛpus illius a xp̄ianis repertum: dignoq̃ʒ honoꝛe conditū eſt kalen. nouembꝛis.

¶ De ſancto Vigoꝛe epiſcopo. Cap. v.

Vigoꝛ epiſcopꝰ claruit tēpoꝛe childeberti regis frācoꝛum apud oppidū baiocenſe: qui attrebatenſe ciuitate nobilibus ⁊ fidelibus parentibꝰ natus: intra ſancti vedaſti monaſterium habitabat. Dum aūt parētes illū inde retrahere vellent: vt ip̄m haberent in eoꝝ hereditate ſuperſtitē: ille aſſumpto puero theodemiro ſeculū reliquit: ⁊ neſciēs quo pergeret: peregrinari cepit: atq̃ʒ ad regionem baiocem deuenit: vbi ab āgelo in ſomnis admonitus ad vicū redeuerū perrexit: illicq̃ʒ edificato monaſterio ieiunijs ⁊ oꝛationibus deo ſeruiebat: multoſq̃ʒ ad dominū conuertebat. ¶ Dum aūt filiū paruulum mulieris xp̄iane cōuerſum baptizaſſet: illeq̃ʒ ſubita febꝛe moꝛtuꝰ eſſet: mater pueri cadauer in lectulo ſuo repoſuit: ⁊ ad vigoꝛē accedens: moꝛtem filij cū lachꝛymis nūciauit. Pro quo ſanctus vir oꝛationē effudit: ⁊ matrem ad domū reuerti mādauit: que iuſſu illius rediēs filiū ſibi viuū occurrētem recepit. Propter qđ miraculū multi languentes ad eū accedebant: ⁊ tactu illius ſani redibant: plurimiq̃ʒ ad fideʒ cōuerſi in xp̄m credebāt. ¶ Hic de poſſeſſione viri cuiuſdā ſerpentē q̄draginta pedes in longitudine habentē: qui ſolo flatu hoīes ⁊ pecoꝛa occidebat: oꝛario ſuo vt catulū manſuetū ligauit: ⁊ vinctū theodemiro miniſtro ſuo tradidit: quē ille ip̄m ſequentē iuſſu magiſtri ad mare ligatū deduxit: ⁊ in vndis demerſit. ¶ Aliuʒ quoq̃ʒ ſerpentē de loco: qui dicit ceila: ⁊ tertiū de loco: qui dicit cāmoꝛon ſil'r eiecit. ¶ Defuncto ꝟo epiſcopo baiocenſe a clero ⁊ pp'lo in epiſcopatu electus eſt. Cuʒ aūt comes bathyldus poſſeſſionem quandā epiſcopatus a ſe occupatam arari faceret: de equo ſubito coꝛruēs expirauit. Sanctus aūt vir multis clarus ꝟtutibus ſenex ⁊ plenus dierū in pace quieuit kalen. nouembꝛis. Sepultuſq̃ʒ eſt in eccleſia baiocenſi.

¶ De ſancto Maturino cōfeſſoꝛe. Cap. vi.

Maturinꝰ cōfeſſoꝛ apud ſenonenſem ciuitateʒ tēpoꝛe maximiani imperatoꝛis claruit. Qui ex p̄re marino eiuſdem ciuitatis nobile ac gentile ꝓgenitus: qui ex precepto maximiani chꝛiſtianos perſequebatur: ip̄e clanculū animo ſolo chꝛiſtianus exiſtens: pro parentum ſalute ad dominū exoꝛabat. Audiuitq̃ʒ a domino ꝙ ei ab eo poſtulata darentur. Et poſt dies paucos mater eius ad chꝛiſtum conuerſa: dū patri eandē conuerſionē ſuaderet. Ille ei reſpōdit ꝙ in nocte precedente per viſum acceperat: ꝙ filio ſuo in cuſtodiaʒ data fuiſſet ouiū multitudo. Unde ipſe marinꝰ cum vxoꝛe et filio maturino annoꝛum viginti a ſctō policarpo epiſcopo baptizati ſunt. ¶ Cuʒ autem diabolus filiaʒ maximiani imperatoꝛis oppꝛeſſiſſet: ⁊ per os puelle clamaret ſe a nullo hominū: niſi a maturino ſenonenſi eijciendum: populum quoq̃ʒ romanū a clade epidemie: quā incurrerat eiuſdem meritis liberandū. Imperatoꝛ ad ſenoneſ̄. ciuitatē miſit: ⁊ maturinū ad ſe accerſiuit. Qui romā cum multo honoꝛe perductus: pꝛius a comitibus iuramentū accepit: vt ſi cum rome aut in via moꝛi contingeret: coꝛpus eius ad pꝛopꝛiā patriam repoꝛtarent. Ueniens ergo maturinus romā: imperatoꝛis filiā a demonio liberauit: populo quoq̃ʒ ſalutē a peſtilentia ſuis oꝛationibus impetrauit. Et poſt hec ibidem in pace quieuit kalen. nouembꝛis. Cuius coꝛpus dū in quodā tumulo poſuiſſent: die ſequenti exhumatū inuenerunt. Recoꝛdati autē promiſſionis ⁊ iuramēti: coꝛpus roma ad galliam tranſpoꝛtarūt: ⁊ ibidem illud iuſſu imperatoꝛis digno honoꝛe condiderūt apud ſenonis ciuitatem: vbi ⁊ miraculis claret.

¶ De ſancto Marcello ep̄o. Cap. vij.

Marcellꝰ epiſcopꝰ pariſioꝛuʒ fuit: qui apud eādeʒ vrbē merito ſanctitatꝭ nō modico claruit. De q̄ illđ memoꝛabile reperit: ꝙ cū is adhuc iuuenis vt dignꝰ monſtraret futurꝰ antiſtes: eius merito tunc aqua in vinū: tūc ꝟo mutata eſt in balſamū. Hic etiā inter alia ꝟtutū eius miraculoſa inſignia: puellam a moꝛte coꝛpoꝛis ſuſcitauit. Qui apud eādem vrbem pariſiēſem ſanctitate clarꝰ in pace quieuit kalen. nouembꝛis ibidem ſepultus.

¶ De commemoꝛatione omniū moꝛtuoꝛum. Cap. viij.

Commemoꝛatio oīm fideliuʒ defunctoꝝ ſequēti die a feſto oīm ſctōꝝ fieri ab eccl'ia inſtituta eſt: videlʒ. iiij. noñ. nouēbꝛis: vt gn̄alibꝰ aliq̄ſ ſuffragijs adiuuētur: q̄ ſpecialia habere nō

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN